Oberitalien, 2. Drittel 15. Jh. (nach Wasserzeichenbefund) Seite 50r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31239
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">



50

errori locus est: Vnum sentire omnes oportet: ipsumque philosophum uno ore precipere: quia si quid fuerit erratum: uita omnis euertitur. Sin illa priore parte: ut periculi minus: uita plus difficultatis est: quo obscura rerum ratio cogit diuersa & varia sentire: Hic ut plus periculi est: ita minor difficultatis: quippe usus rerum & quotidiana experimenta possunt docere: quod si melius & verius: videamus ergo utrum ne consentiant: aut quid nobis offerant: quo rectius uita degatur: non ficte est omnia circumire: Vnum eligamus ac potissimum: quod est summum ac principale: in quo totius sapientiae cardo versatur: Epicurus summum bonum in voluptate animi esse censet: Aristippus in voluptate corporis: Calliphon & diomachus cyrenaici honestatem cum voluptate iunxerunt: Diodorus in priuatione doloris summum bonum posuit: Hieronimus minimo dolendo: Peripatetici autem in bonis animi & corporis & fortunae. Zenonis cum natura congruentem uiuere. Quorundam stoicorum uirtutem sequi: Aristoteles in honestate ac virtute summum bonum collocauit: Hae sunt fere omnes sententiae: sin tanta diuisitate: quem sequimur: cui credimus: Par est in omnibus auctoritas. Si eligere possumus: quod est melius: iam non est philosophia nobis necessaria: quia sapientes iam sumus: qui de sapientia sinis iudicemus. Cum vero discendi sapiendi causa veniamus: quid possumus iudicare: qui nondum sapere cepimus: maxime cum praesertim sit Academicus: qui nos pullo rem dat. ac uetet cuique credere: nec tamen ipse afferat: quod sequamur:

Quid ergo superest: nisi: ut omnibus linguonibus furiosis ac pertinacibus veniamus ad iudicem illum: scilicet datorem simplicis & quietae sapientiae: quae non tantum formare nos & inducere in uiam possit: verum et de controuersis istorum ferre sententiam: Hec nos doceat: quod sit hominis verum ac summum bonum: de quo prius dicere incipio: ille omnes sine refellendi sunt: ut appareat ne minimum illorum fuisse sapientem: Cum de officio hominis agatur: oportet summum summi animi malis bonum in eo constitui: quod coe cum ceteris animalibus esse: non possit: Sed ut feris dentes: armenta cornua: volucribus pennae propria sunt: sic homini aliquid suum debet adscribi: sine quo rationem sive conditionis amittit: Nam quod uiuendi aut generandi causa datum est omnibus: est quidem bonum naturale summum tamen non est: nisi quod est vniuersi generis proprium: Sapiens ergo non fuit qui summum bonum credidit animi voluptatem: quam sine illa secunda sive gaudium est: communis est omnibus Aristippo ne rendendum quidem